



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. III. In eodem actu physico possunt esse plures militæ, solo numero distinctæ, ùt tales in Confessione explicandæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)



comedere  
senties.

temporis. Unde ex hoc, quod unus surgat è  
menſa & noli amplius comedere, aliis manen-  
tibus in menſa & comedentibus: non ſolvitur  
unitas illius prandii; ac proinde rediens ad  
menſam qui diſceſſerat, redit ad idem pran-  
dium, quod per ipſum reſeſſum non fuerat  
diſſolutum. Quid ergo mirum, ſi moraliter  
non cenſeatur bis prandere? Et per conſe-  
quens non cenſeatur frangere jejunium, quod non  
prohibet niſi duplex prandium? At verò pro-  
hibet ſingulas comeſtiones carnum, quæ uti-  
que ſingularitas non pendet ex ſingularitate  
prandii, quali in uno prandio non poſſit aliquis  
bis comedere carnes.

Quid ſi enim aliquis in principio prandii  
comediffet carnes, & correptus à convivis mu-  
tatâ voluntate carnes curâſſet auferri; putas,  
ſi poſt unam aut alteram horam in fine prandii  
ruſſum præciperet carnes apponi, & iteratò  
comederet; exiſtimas (inquam) talem ſemel  
tantum comediffet carnes, eò quòd comederit  
in uno prandio? Non potes prudenter exiſti-  
mare. Ergo prandium poſſet eſſe unum, eſtò  
comeſtio carnum non ſit una.

Sed quid immoror rei tam claræ? Libet  
proponere quæſtionem magis controverſam.  
Utrum in eodem actu poſſint eſſe plures mali-  
tiæ ſolo numero diſtinctæ? Reſponſio erit

CONCLUSIO III.

In eodem actu phyſico poſſunt  
eſſe plures malitiæ, ſolo nu-  
mero diſtinctæ, ut tales in Con-  
feſſione explicandæ.

56.  
ſententia  
Lugonis  
non eſſe ex-  
plicandas  
plures ma-  
litiæ nume-  
ro in eodem  
actu.

Ado ultimam particulam: *Ut tales in  
Confefſione explicandæ*, contra Lugonem  
diſp. 16. n. 134. ubi ſic ait: licet in peccato,  
habente plures malitiæ ſpecie diverſas, debeant  
omnes explicari, non ſequitur idem in pecca-  
to, habente plures numero diſtinctas. Ratio  
differentiæ eſt: quòd in primo caſu non ex-  
plicaretur diſtinctè tota ſpecies illius pecca-  
ti, ſi aliqua malitiæ ſpecifica illius taceretur.  
Cum autem debeant explicari diſtinctè om-  
nia peccata quoad ſuam ſpeciem, conſe-  
quens eſt, quòd debeant explicari diſtinctè omnes illæ  
malitiæ ſpecie diverſæ.

At verò in ſecundo caſu, etiam non ex-  
plicatâ diſtinctè totâ malitiâ individuali illius  
peccati, explicatur illud numero peccatum,  
quoad ſuam ſpeciem diſtinctè, & conſe-  
quens quoad differentiâ numericam: quod ſuffi-  
cit ad ſatisfaciendum præcepto Confefſio-  
nis, cum nullum peccatum maneat non expli-  
catum quoad ſuam ſpeciem, & aliunde dicatur  
totus numerus peccatorum, licet non totus

numerus malitiarum, de quo explicando non  
invenimus aliquod præceptum. Hucusque  
Eminentiffimus.

Sed abſque ſolido fundamento contra tor-  
rentem Doctorem, & ideo non audiendus.  
Inveniuntur quidem Alia, qui docent, præ-  
cipuum reſpectum unius actûs, v. g. unius  
occiſionis ad perſonas diverſas, v. g. tres  
homines occiſos, non debere neceſſariò ex-  
plicari; ſed hi conſequenter tenent, illum  
præcipuum reſpectum unius actûs ad diver-  
ſas perſonas, non multiplicare malitiæ nu-  
mero in illo uno actu, deinde circumſtan-  
tias notabiliter aggravantes non eſſe neceſ-  
ſariò declarandas in Confefſione: nemo au-  
tem invenitur, quod ſciam, præter Logo-  
nem, qui admittit multiplicationem nume-  
ricam malitiarum in eodem actu, & negat  
obligationem eas declarandi in Confefſione.

Reverà ſi Tridentinum probat malitiæ ſpecificas,  
quæ plures inveniuntur (ſecundum  
Omnes) in eodem actu phyſico, eſſe diſtinctè  
explicandas; neſcio quare non idem probet de  
malitiis numericis, cum iſdem planè verbis  
præcipiat explicationem ſpecificæ & nume-  
ricæ malitiæ ſeſſ. 14. c. 5. ibi: *Conſtat enim Sa-  
cerdotes iudicium hoc incognitâ cauſâ exercere non  
potuiſſe, neque equitatem quidem illos in penis in-  
iungendis ſervare potuiſſe, ſi in genere dimiſiſſet, &  
non potius in ſpecie ac ſignificatiſſimâ ſua ipſi peccata de-  
claraffent.* Et can. 7. *Si quis dixerit, in Sacra-  
mento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſa-  
rium non eſſe iure divino conſtituti omnia & ſingula  
peccata mortalia &c. anathema ſit.*

Si Eminent. illa verba expendiſſet, ſicuti  
ipſis invenit præceptum diſtinctè explicandi  
omnes malitiæ ſpecie diverſas, quæ ſunt in  
eodem actu phyſico, pariter inveniret præ-  
ceptum, explicandi diſtinctè omnes malitiæ nu-  
mero diſtinctas, quæ ſunt in eodem actu phy-  
ſico. Vel ſi illa verba intelligi poſſint de con-  
fuſâ explicatione ſingulorum peccatorum ſeu  
malitiarum ſolo numero diſtinctarum, cur non  
etiam de conſuſâ explicatione omnium pecca-  
torum ſeu malitiarum ſpecie diſtinctarum?

Et verò ſi poſſit explicari totus numerus  
peccatorum, licet non totus numerus malitiarum;  
cur itidem non poſſit explicari tota ſpecie  
peccati, licet non tota malitiæ ſpecifica?  
Vel ſi non explicatur diſtinctè tota, id eſt,  
omnis ſpecies illius peccati, ſi aliqua malitiæ  
ſpecifica illius taceretur; dico ſimiliter, non  
explicari diſtinctè totum, id eſt, omnem nu-  
merum peccatorum, ſi aliqua malitiæ nume-  
rica illius taceretur.

Nonne plures malitiæ ſpecificæ repetæ in  
eodem actu phyſico conſtituunt plura ſpecie  
peccata, formaliter ſeu moraliter loquendo?  
Quare ergo conſimiliter plures malitiæ nume-  
ricæ repetæ in eodem actu phyſico non con-  
ſtituunt plura numero peccata formaliter ſeu  
moraliter.

peccata  
formaliter

moraliter loquendo  
malitiæ repetæ  
conſtituet forma-  
liciter unum numero  
peccatum Concluſio  
Sicut ergo  
plicare diverſo  
eandem numero  
tio ipſius malitiæ  
ſufficit explicari  
participat plures  
diſtinctè declara-  
peccatum forma-  
ter Sacerdotes  
jungere. Igitur  
merum actuum  
catorum quæ ta-  
manifeſtè: qui-  
neque quoad ſi-  
rum, eſt explicari  
Omniſibus admi-  
Quantum ad  
Lugo ſuprà n.  
fundatur in ſen-  
eodem actu mu-  
allerunt circum-  
gravantes, non  
Hæc itaque  
jectâ, diligenter  
eodem actu plu-  
tiæ ſolo numero  
aſſumat: & ſi  
ſunt; v. g. ſi o-  
plures homines  
pluribus perfor-  
meliâ afficiat  
ſeminas, aut for-  
co verbo aut  
trahendo ad hæ-  
mel habuerit an-  
per totam Quæ-  
cium divinum  
in his & ſimi-  
phyſico eſſe plu-  
ſtinctas, juxta  
jectorum, ſeu  
ſunt malitiæ nu-  
icæ, quot ſunt  
occiſiones homi-  
Ratio: qui  
non conſummas  
occiſionis, ſum-  
tum & volunta-  
virtutis oppoſi-  
ro diſtinctæ in  
ro occiſiones hæ-  
ſpecificæ, quo-  
num; v. g. ſi u-  
& Sacerdotem  
icæ reperitur  
utraque exprin-

Reſponde-  
ter ad præ-  
cipuum con-  
cluſionem

60.  
Concluſio  
ſumpli-  
tatis

61.  
Concluſio  
ſumpli-  
tatis

61.  
Concluſio  
ſumpli-  
tatis



moraliter loquendo? Numquid una numero malitia reperta in pluribus actibus physicis constituet formaliter seu moraliter loquendo unicum numero peccatum? Planè, ut vidimus Conclusionibus precedentibus.

Sicut ergo in hoc casu non est necesse explicare diversos actus physicos, qui participant eandem numero malitiam, sed sufficit explicatio ipsius malitiæ; ita in casu proposito non sufficit explicare unum actum physicum, qui participat plures numero malitias, sed oportet distinctè declarare ipsas malitias, quæ sunt ipsum peccatum formale, & pro quibus solis oportet Sacerdotes convenientes satisfactiones inungere. Igitur Tridentinum supra non numerum actuum physicorum intelligit, sed peccatum quæ talium, siue formalium. Patet manifestè: quia peccatum materiale tantum, neque quoad speciem, neque quoad numerum, est explicandum in Confessione, ut ab Omnibus admittitur.

Quantum ad praxim, quam pro se allegat Lugo supra n. 136. & sequentibus, si vera est, fundatur in sententia eorum, qui negant in eodem actu multiplicari numero malitias, & asserunt circumstantias solum notabiliter aggravantes, non esse explicandas.

Hæc itaque singulari opinione Lugonis rejectâ, diligenter consideremus, an reverà in eodem actu physico possint esse plures malitiæ solo numero distinctæ. Conclusio nostra affirmat: & si quaris exempla, in promptu sunt; v. g. si quis unico physico ictu occidat plures homines, unicâ narratione detrahat plures personis, aut eas unico actu contumeliâ afficiat; efficaciter concupiscat plures feminas, aut fornicari plures cum eadem; unico verbo aut opere plures scandalizet, pertrahendo ad hæresim, aliudve delictum; si semel habuerit animum efficacem non jejunandi per totam Quadragesimam; non legendi Officium divinum per integrum annum &c. Dico in his & similibus casibus, in eodem actu physico esse plures malitias solo numero distinctas, juxta distinctionem numericam obsectorum, seu potius effectuum; id est, tot sunt malitiæ numero distinctæ in illo unico ictu, quot sunt homines occisi, seu quot sunt occisiones hominum.

Ratio: quia malitia actûs efficacia, quæ non consummatur interius, qualis est malitia occisionis, sumitur in ordine ad effectum volutum & voluntarium, quatenus privat honestate virtutis oppositæ: ergo tot sunt malitiæ numero distinctæ in illo unico ictu, quot sunt numero occisiones hominum, sicuti tot sunt malitiæ specificæ, quot sunt specie occisiones hominum; v. g. si unico ictu occidas patrem tuum & Sacerdotem, secundum Omnes in illo unico ictu reperitur malitia parricidii & sacrilegii, & utraque exprimenda est in Confessione: ergo

similiter si unico ictu occidas Joannem & Josephum, in illo unico ictu erit duplex malitia homicidii numero distincta, & utraque in Confessione erit explicanda.

Probat Consequentia: quia sicut ex diversis effectibus specie ejuldem actûs physici, non coalescit unus effectus specificus adæquatus quasi conflatus ex illis speciebus, sed uterque per se sufficit ad propriam suam speciem peccati & malitiæ, & debet explicari in Confessione ea diversitas effectuum specificorum, quantumvis voliti fuerint eodem actu physico, quia moraliter censentur plura specie peccata; ita ex diversis effectibus in individuo ejuldem actûs physici; non coalescit unus effectus individualis adæquatus quasi conflatus ex illis individuis; sed uterque per se sufficit ad proprium suum individuum peccati & malitiæ, & debet explicari in Confessione ea diversitas effectuum individualium, quantumvis voliti fuerint eodem actu physico, quia moraliter censentur individualiter plura peccata; & sicut est præceptum explicandi diversa peccata in specie, ita est præceptum explicandi diversa peccata in individuo, ut superius ostendimus.

Breviter: unusquisque effectus potest dare malitiam actui independentem ab alio: ergo nulla est ratio, quare unusquisque non det suam malitiam distinctam, sicut unusquisque distinctus est, & manet distinctus, etsi sint effectus unius physici actûs. Atque hæc est communior opinio, quam Suarez hic disp. 22. Sect. 5. n. 34. vocat probabilem, quamvis opposita appareat sibi probabilior, propter sequentes rationes.

Quia (inquit) bona voluntas dandi eleemosynam 10. hominibus non habet plures bonitates: ergo neque è contrario voluntas interficiendi illos habet plures malitias. Patet Consequentia: quia privatio est proportionata habitui; & ideo si habitus est unus, etiam privatio ejus una est; malitia autem est privatio debitæ bonitatis.

Probat II. Si quis uno indivisibili actu Charitatis amet 10. proximos, una est indivisibilis bonitas illius actûs: ergo similiter odium eorundem hominum unicam habet malitiam, quamvis non respiciat aliam materiam propinquorem, sed immediatè tendat in tales personas: ergo idem erit de voluntate occidendi tot homines, eò vel maxime, quòd potest quis velle uno ictu eos occidere; & ita videtur habere proximam materiam magis unam, quàm sit quantitas pecuniæ in voluntate eleemosynæ, vel quantitas furti, si à multis personis accipienda esset.

Probat III. Si quis habeat desiderium occidendi multitudinem hominum, cujus numerum ignorat; vel si tentet comburere domum cura tota sua familia quantacumque illa sit;

N n n n tale

peccata formaliter

respondet ad præceptum

60. certitudo completiva

61. expendit, sic ut distinctè explicandi

62. probatur

63. non est ratio

64. non est ratio

65. Suarez

66. Prima ratio pro opposita sententia

67. Secundâ

68. Tertîa



tale peccatum non potest habere plures malitias: quot enim illae erunt?

Respondeo: Tot erunt, quot à parte rei fuissent occisiones hominum, si voluntas effica habuisset suum effectum. Quòd autem peccans illum numerum ignoret, per accidens est: sufficit, quòd velit omnes occidere, qui in tali domo sunt. Hinc si postea numerus innotescat, tenetur eum in Confessione explicare; alioquin quamdiu manet ignotus, excusatur à distincta explanatione propter impossibilitatem.

Dico; *A distincta explanatione*; quia tenetur eum explicare juxta consulam, quam tunc habebat, notitiam, explicando numerum, quem verosimiliter plùs minùs existimabat: vel si dubitabat, an esset magnus vel parvus, & hoc dubium tenetur explicare, sicut in reliquis obligatur meliori modo, quo potest, explicare numerum peccatorum.

Dicimus (inquit Dicastillo disp. 9. n. 253.) fieri non posse, quin si quis velit occidere multitudinem hominum, concipiat moraliter loquendo, saltem confusè aliquem numerum, ita ut apprehensio illius multitudinis, quam vult occidere, talis sit, quæ ad aliquem numerum possit revocari, licet non determinatè & certè, sed saltem sit timor aut existimatio, quæ quis videat posse fortasse veniri usque ad eum numerum; ita ut de illa multitudine occidendorum possit verè dici, tantum quidem numerum non excessisse, ad illum tamen aliumve aliquem paulò minorem, periculum fuisse ut perveniret: quod sufficit, ut assignemus numerum malitiarum usque ad numerum, in quo concipitur tale periculum. Hæc ille.

Nonne, si volo occidere hunc hominem, quem dubito an sit Sacerdos, an sit pater meus &c. proculdubio pecco illà specie peccati, sive omni specie peccati, quam sub dubio apprehendo? Ergo similiter in casu nostro tot numero peccata committo, quot saltem sub dubio apprehendo.

Immo etiam si nullam malitiam specificam distinctè apprehenderem in aliquo actu, si tamen dicerem: *Volo omnem illam, quæ ibi est*; hæud ambigo, quin peccarem tot peccatis specie distinctis, quot à parte rei malitiæ specificæ in illo actu inveniuntur; ac proinde deberem eas explicare distinctè in Confessione, casu quo postea distinctè eas cognoscerem: ergo similiter dicendum de malitiis numericis.

Et sanè eandem difficultatem patitur Suarez in sua sententia (ut advertit Dicastillo supra nu. 254.) nam ipse concedit, quòd numerus occidendorum major est, eò majorem esse malitiam in gravitate: non est autem minùs impossibile, esse de factò malitiam, quæ non habeat determinatam gravitatem, quàm esse de factò multitudine malitiarum, quæ

non habeat determinatum numerum. Igitur corrui tertia probatio Suarii?

Ad primam & secundam respondet Dicastillo n. 248. non improbabilius etiam in virtutibus & bonitatibus esse illam multiplicationem, sicut & in vitiis; atque adeò parrem esse utrobique rationem. Ita aliqui Recentiores cum Navarro in cap. Considerat. Hæc ille.

Interrogo ego unum verbum: idem actus virtutis potest habere plures specie bonitates ex proximo objecto desumptas? Negant multi Theologi: quia (inquiunt) ex proximo objecto formali specificantur actus. Si ergo aliquis actus haberet duas specie bonitates, deberet habere duo objecta formalia; & consequenter non esset idem actus, sed duo specie distincti, proinde & numero distincti: nam quòd conjungantur in eodem objecto materiali, nihil refert ad unitatem actus, quin ex objecto materiali ut sic non sumitur entitas actus, in tantum, ut diversi specie actus in idem objectum materiale tendant per diversa objecta formalia: alioquin amor amicitie Dei & concupiscentiæ essent realiter unus actus, quia motiva illa diligendi in eodem indivisibili objecto conjunguntur. Hæc ille.

Attamen cum hac limitatione: si illa diversa motiva sumantur omnino ut diversa & integra in sua specie: nam interdum potest voluntas moveri uno actu ad unum objectum materiale, ut affectum pluribus bonitatibus in eo consideratis, si ex omnibus illis intellectus conficiat quasi unam rationem boni, ab omnibus distinctam, & quasi ab omnibus compositam, quod videretur posse facere per modum consule cognitionis, utputà si, post distinctam considerationem singularum bonitarum, absolute judicet hanc rem esse optimam & honestissimam, sumendo veluti rationem communem omnibus illis bonitatibus, & pluri aestimando illam, quæ est ex aggregatione plurium: in hoc quippe non apparet ulla repugnantia; immò videretur valde accommodatus modus communi modo operandi hominum. Ita multi Theologi (ut dixi) opinantur; & secundum hanc opinionem patet quid sit respondendum ad duo priora argumenta Suarii.

Numquid ex hoc Antecedente: Idem actus voluntatis non potest habere plures specie bonitates ex proximo & formali objecto; bene inferitur: Ergo idem actus voluntatis non potest habere plures specie malitias? Clarum est quòd possit habere, & (secundum omnes Theologos) de factò sapius habet. Ergo etiam hæc Consequentia non valet: idem actus voluntatis non potest habere plures numero bonitates; ergo similiter non potest habere plures numero malitias.

Ratio

63. Responso ad tertiam rationem de incerto numero occidendorum.

64. Qui vult occidere multitudinem hominum concipit confusè aliquem numerum.

Dicastillo.

65.

66.

67.

68.

69.

Ratio di-

scussio-

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

Ratio disp. actus sit malus licia sit volita tamquam ratio & videtur man multi peccant, ab actu. At verum requiritur tur, sed prætere moveat volunt Aristotelis 2. Eptem: Ea, quæ temperatè aguntur si & agens sic fians; deinde si animo ac immutat

Quid ergo m di elemolyman plures bonitate tas interficentia Aut si unus in amo 10. prox habeat bonitate non unicam, tiam? Sicut e non potest hab primum & for unus numero nisi unum num male motivum nus, non potest nitatem, desu & formali mo sumitur ab ob sed ab effectu dem autem a malos; plures numero, ut n Hinc quem distincti in cal unum numero distincti, mor fornicatio cur Barbara; pari una voluntate istam mortem nem. Quid po

Itaque per cundum nos h intelligo odium proceditur ad actum odii effi dum unius c occidere, tur odii non habe co adæquato num per mod tamen homici homines, qu plicatur mali non tantum



entia. un numerum. Ignorari? Nam respondet Dicitur... abilitate etiam in virtute... esse illam multipliciter... itis; atque ad peccationem. Ita aliqui Responsum cap. Consideret. Hanc... verbum: idem actus... plures specie bonitates... mptas? Negant multi... ant) ex proximo ob... eodem objecto mate... specie bonitates, de... ta formalia; & conse... actus, sed duo specie... numero distincti; nam... eodem objecto mate... itatem actus, quia ex... non sumitur entitas... diversi specie actus in... le tendant per divers... quoniam amor amicitie... essent realiter unus... illa diligendi in co... conjunguntur. Hanc... mitatione: si illa de... omnino ut diversa... nam interdum potest... tu ad unum objectum... pluribus bonitatibus... x omnibus illis intel... rationem boni, ab... ussi ab omnibus com... posse facere per mo... s, utputa si, posside... a singularum bonita... anc rem esse optimam... ndo veluti rationem... illis bonitatibus, &... que est ex aggrega... quippe non appetit... videtur valde accom... uni modo operandi... eologi (ut dixi) opi... anc opinionem patet... ad duo priora argu... cedente: Idem actus... bere plures specie bo... malis objectis; bene... ctus voluntatis non... e malitias? Clarum... & (secundum omnes... apius habeat. Ergo... non valet: idem actus... bere plures numero... r non potest habere

Ratio disparitatis est evidens: quia ut actus sit malus, non requiritur quod illa malitia sit voluta sive tamquam objectum; sive tamquam ratio movendi. Ita passim Theologi, & videtur manifestum ab experientia; immo multi peccant, qui vellent abesse malitiam ab actu. At verò ut actus sit bonus, non tantum requiritur, ut objecti bonitas cognoscatur, sed præterea ut ipsa objectiva bonitas moveat voluntatem ad actum, juxta illud Aristotelis 2. Ethic. cap. 4. communiter receptum: *Ea, que ad virtutibus sunt, non inesse aut temperate aguntur, si sunt iusta aut temperata; sed si & agens sic se habens agat: primum quidem si sciens; deinde si eligens propter ipsa; tertio si firmo animo ac immutabili agat.*

68. Quid ergo miramur, si bona voluntas dandi elemosynam 10. hominibus non habeat plures bonitates, quamvis è contrario voluntas interficiendi illos habeat plures malitias? Aut si unus indivisibilis actus Charitatis, quo amo 10. proximos, unam & indivisibilem habeat bonitatem; odium autem eorundem non unicam, sed multiplicem habeat malitiam? Sicut enim unus specie actus bonus, non potest habere nisi unum specie objectum primum & formale motivum; ita quoque unus numero actus bonus, non potest habere nisi unum numero objectum primum & formale motivum: ergo unus numero actus bonus, non potest habere nisi unam numero bonitatem, desumptam ab illo objecto primo & formali motivo. At verò malitia non desumitur ab objecto primo & formali motivo, sed ab effectu malo volito & voluntario: eodem autem actu possum velle plures effectus malos; plures (inquam) tam specie, quam numero, ut manifestum est.

Hinc quemadmodum illi effectus numero distincti in casu proposito non coalescunt in unum numero effectum, sed manent numero distincti, mors v. g. Joannis & mors Josephi, fornicatio cum Catharina & fornicatio cum Barbara; pariter manent distincte malitiae in una voluntate; quæ volo efficaciter duplicem istam mortem, aut duplicem illam fornicationem. Quid potest clarius dici?

69. Itaque per odium 10. hominum, quod secundum nos habet multiplicem malitiam, non intelligo odium merè internum, sed ex quo proceditur ad actus externos. V. g. si quis uno actu odii efficaci odisset 10. homines per modum unius objecti, volens efficaciter illos occidere, tunc actus ille, quamvis in ratione odii non habeat nisi unicam malitiam ex unico adæquato objecto illius multitudinis hominum per modum unius consideratæ, in ratione tamen homicidii tot habet malitias, quot sunt homines, quos intendit occidere; quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus, & non tantum ex multiplicitate objecti, primi

formalis motivi; quod in tali casu suppono esse unicam.

Et idem dico de simplici complacentia in pluribus fornicationibus, homicidiis &c. potest enim voluntas ferri in omnes illas fornicationes per modum unius adæquati objecti; quo casu tantum erit in illa complacentia una adæquata numero malitia, ac proinde non erit necessarium explicare multitudinem personarum in Confessione. Quapropter etiam gratis admissio, quod eadem voluntas non possit habere plures bonitates numero distinctas, negamus equidem hanc Consequentiam: Ergo eadem voluntas non potest habere plures malitias numero distinctas.

Dico, *Gratis admissio*; quia (ut supra insinua- vi) sunt Nonnulli, qui existimant, etiam eandem voluntatem posse habere plures numero bonitates. Et sanè si possit habere plures bonitates specie diversas; cur non etiam numero diversas? Porro eundem numero actum posse respicere duo objecta formalia specie diversa & adæquata, ac per consequens habere duas bonitates specie diversas, docet Felix de Bonitate & Malitia c. 3. diff. 4. n. 5. cum Aliis quos citat, & putat colligi ex Scoto Quodlib. 14. n. 5. ibi: *Comparando Fidem infusam & Fidem acquisitam ad actum credendi in hoc conveniunt, quod, quando insunt eidem anime, actus unus & idem credendi elicitur secundum inclinationem utriusque: quia quando sunt due forme, que naturaliter inclinant ad actum in eodem operante, utraque quantum est de se necessarib & semper inclinat ad actum: & ideo quandoque actus elicitur, elicitur secundum inclinationem utriusque.* Et Quodlib. 17. n. 10. ibi: *Simul potest quis uno & eodem actu credere ex testimonio asserentis, & credere secundum inclinationem Fidei infuse.*

Probat ratione: quando unum medium habet plures honestates ad aliquos fines consequendos, nulla est ratio, quare non eligatur ad tales fines: v. g. Christus elegit mortem, quia in illa est honestas Religionis in quantum est Sacrificium & honestas misericordie redimens homines, & honestas obedientie adimplens præceptum Patris &c. ergo talis electio habet plures bonitates. Ita Felix n. 6. Et n. 8. sic ait: *Neque obest, quod voluntas respiciat bonum propter honestatem ejus; ut det actui bonitatem: nam plura potest eodem actu appetere propter honestates proprias.*

Quidquid sit de hac sententia (de qua nolo hic disputare, quia planè alterius loci) si vera est; consequenter affirmatur, eundem actum posse habere plures bonitates numero diversas; si enim voluntas possit plura appetere eodem actu propter honestates specie distinctas; quidni etiam propter honestates numero distinctas?

Deinde Aliquorum sententia est, ad actum bonum nullatenus requiri, ut eligatur propter

70. Sententia Felicis, eundem actum posse habere plures specie bonitates.

71. Idem actus potest habere plures bonitates numero.

Probat ratione.

Probat Scotus.

Probat ratione.

N o n n o 2 i p l a m



ipsam bonitatem, sed omnino sufficere, quod objecti bonitas cognoscatur, & non videatur aliqua circumstantia mala. Quod si verum est, nescio quare una & eadem voluntas dandi eleemosynam 10. pauperibus, non habeat 10. bonitates, cum intellectu cognoscat 10. bonitates, & non videat aliquam circumstantiam malam, ut suppono.

Ceterum sicut intellectus cognoscit decem bonitates in decem eleemosynis, ita etiam cognoscit decem malitias in non eleemosynis, casu quo eleemosynae istae sint obligatoriae, quia v.g. decem personae extreme indigent. Quippe malitia est privatio rectitudinis debita: ergo si 10. rectitudines debita, quia debita 10. eleemosynae; etiam 10. malitiae oppositae, id est, 10. privationes eleemosynarum debitarum. Quidni ergo unus actus, quo volo illas 10. privationes, habeat 10. malitias? Non enim requiritur intentio malitiae, secundum DD. communiter; sed sufficit cognitio.

72. Objectio diluitur.

Nec obstat; quod velim 10. homines occidere unico ictu; quia ille ictus non est malus, nisi ratione occisionis seu mortis consequentis: iam autem occisiones sunt 10. ergo 10. malitiae, eodem modo, ac si singulis ictibus singuli homines occiderentur. Hinc si talis bona fide confessus fuerit, se habuisse voluntatem occidendi 8. sufficit postea confiteri, se habuisse voluntatem occidendi 2.

Et recte confiteretur, dicendo: *Volui 10. homines occidere*; omitting *ly unico ictu*. Similiter, si revera unico ictu occidit, dicendo: *Occidi 10. homines*, quamvis forte Confessarius apprehendat, occidisse diversis ictibus; quia aequè graviter peccavit, & aequè multa peccata moraliter seu formaliter commisit, sive uno, sive diversis ictibus occiderit: igitur materialis illa diversitas per accidens est ad Confessionem sacramentalem.

E contra autem insufficienter confiteretur, qui diceret: *Feci homicidium*; aut: *Habui voluntatem homicidii*; quia *ly homicidium* ex communi acceptione significat occisionem hominis, non hominum: quare Confessarius tunc conciperet occisionem unius hominis, & consequenter unam malitiam homicidii, cum tamen revera sint plures. Idem est, si diceret: *semel volui occidere*; vel: *semel occidi*; quia similiter in communi modo loquendi unica tantum occisio sub illis verbis intelligitur, cum tamen fuerit multiplex.

73. Adulterium ex parte utriusque debet distinctè explicari.

Ex dictis facilis est resolutio hujus quaestionis: utrum adulterium ex parte utriusque debeat distinctè declarari in Confessione; an verò sufficiat dicere: *Commisi adulterium*? Facilis (inquam) est resolutio pro parte affirmativa, esto partes in illud consensissent.

Probat.

Patet: quia tamen actus ille physicus unus & idem sit, equidem multiplicatur virtuali-

ter, eò quod contineat duplicem diffinitionem numero distinctam, quarum una non praesupponit alteram, sed utraque seorsim potest existere: possum enim violare fidem proprii matrimonii, & non alterius, si mulier non sit conjugata; & possum violare fidem alieni matrimonii, & non proprii, si ego non sim conjugatus, sed sola mulier: ergo quando & ego & ipsa obstringimur fide conjugali, adulterium duplicem contrahit malitiam; quia privat duplici rectitudine, quoniam violat duplicem fidem conjugalem.

Et quamvis proprie non fiat injuria partibus (ut Aliqui volunt) si partes consentiant; fit tamen injuria (ut ita loquar) ipsi matrimonio seu fidei conjugali, quae injuria duplex est in unico actu, utpote qui habet duplex obiectum, scilicet fidem hujus matrimonii & illius, quae utriusque duplex fides per ipsum violatur.

Quocirca magna disparitas est inter hunc casum, & illum, quo aliqui duplici praecipito ex eodem motivo prohibetur, de quo alibi egimus. Etenim cum praecipitum planè extrinsecum actui, non potest huic addere novam aliquam malitiam, nisi ratione alicujus circumstantiae distinctae, vel novae materiae, &c.

Ratio: quia alioquin illa malitia videtur continuari in eodem actu, & in eandem recidere, sicut in eodem subiecto continuatione fit idem calor, qui aliis multiplex esset, nisi in subiecto continuaretur. Jam autem in casu proposito quando conjugatus cum conjugata adulteratur, & quando solutus cum conjugata, non tantum est distinctio praecipitorum, sed variatio obiectorum, quae inducit novam malitiam, saltem numero distinctam.

Dico; *saltem numero distinctam*; quia Aliqui existimant, in peccato adulterii conjugati cum conjugata esse duplicem malitiam specie distinctam; quia (inquiunt) diversa virtus evidetur, quae inclinatur hunc conjugem ad servandum suum matrimonium, ab ea, quae inclinatur ad servandum alienum matrimonium; sicut diversa virtus est, quae me inclinatur ad servandum jejunium meum, ab illa, quae inclinatur ad non violandum jejunium, quod alii debent: illa enim prior est proprie virtus temperantiae, haec verò posterior non est proprie temperantiae, sed reductivè. Haec illi.

Quae doctrina (de qua alibi egimus) si vera est, probat nullam esse cooperationem positivam, in qua non reperitur illa malitia, reductivè, seu secundario pertinens ad peccatum alterius (quae proinde, utpote diversae speciei, semper deberet explicari in Confessione) etiam si forte simul contrahat malitiam primariam, ut contingit in materia justitiae. V.g. Petrus hortatur Paulum, ut furetur pecuniam Joannis: illa exhortatio contrahit malitiam

secundariam Paulum obligari ad furandum bonam primariam, quae non habet jus non positivè ad furandum.

76.

Illas autem malitias: quia si Petrus furandum bona fide aliunde impediendo secundariam (ut Paulus velle furum malitiam primariam) Ioannes nihil peccat, Petrus v.g. horum Ioannis, quae sua, Petrus hortatio illa Petriam; quia Ioannes operetur isti actum tamen malitiam non peccat, bonum docet Dicastillo.

77.

Sed contra: amentem ad fornicationem ad copulam bonam fide esse suam; nullam malitiam: non primariam, etiam induceret ad furandum primariam malitiam, quia alius fornicationem bonam fide ad eodem modo, rem Ioannis, castitiae. An a castillo admittimus talem corporale fornicationem.

77.

Deinde (ut non dubito) usque sit duplicem nam (ut ait Malier sui corporis similiter autem habet, sed muliere tradens suum liter peccat co-uxor in corpore trahit malitiam bona propria ut minium & li-uxori alterius quod habet vi corpore ipse domini: ergo malitiam primamque, sicut j-

77.

Deinde (ut non dubito) usque sit duplicem nam (ut ait Malier sui corporis similiter autem habet, sed muliere tradens suum liter peccat co-uxor in corpore trahit malitiam bona propria ut minium & li-uxori alterius quod habet vi corpore ipse domini: ergo malitiam primamque, sicut j-



secundariam; quatenus dissonat rationi, Paulum obligatum ad non furandum, hortari ad furandum: præterea contrahit malitiam primariam iniustitiæ, quatenus Ioannes habet jus non solum ut tu non fureris bona ipsius, sed etiam ut nemo cooperetur alteri positive ad furtum suorum bonorum.

Illas autem malitias esse distinctas, probatur: quia si Petrus hortaretur Paulum ad furandum bona Joannis, sciens certò, furtum aliunde impediendum, contraheret malitiam secundariam (ut patet) quia esset causa quare Paulus vellet furari bona Joannis; absque tamen malitia primaria, quia (ut supponitur) Ioannes nihil patitur damni. Et vice versâ, Petrus v.g. hortatur Paulum ad usurpandam rem Joannis, quam Paulus bonâ fide putat esse suam; Petrus autem certò scit esse Joannis; hortatio illa Petri contrahit malitiam primariam; quia Ioannes habet jus, ne Petrus cooperetur isti actioni à parte rei iniustâ; absque tamen malitia secundaria, quoniam Paulus non peccat, bonâ fide usurpando illam rem. Ita docet Dicastillo disp. 9. n. 271.

Sed contrâ: Ergo qui hortaretur hominem amentem ad fornicandum, vel hominem sanæ mentis ad copulam cum persona, quam putat bonâ fide esse suam, ipse autem scit esse non suam; nullam omnino contraheret malitiam: non primariam, quia, secundum illum Auctorem, etiam qui scientem & volentem induceret ad fornicandum, non contraheret primariam malitiam: non etiam secundariam, quia alius fornicando excusatur propter bonam fidem à formali peccato fornicationis; eodem modo, quo Paulus, usurpans bonâ fide rem Joannis, excusatur à formali peccato iniustitiæ. An autem hanc consequentiam Dicastillo admitteret, nescio: saltem ego non ausim talem cooperationem ad peccatum materiale fornicationis ab omni peccato excusare.

Deinde (ut revertamur ad casum nostrum) non dubito, quin in adulterio ex parte utriusque sit duplex primaria malitia iniustitiæ: nam (ut ait Apostolus 1. Cor. 7. v. 4.) Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Ergo vir invitat propriâ uxore tradens suum corpus uxori alterius, formaliter peccat contra jus, quod habet propria uxor in corpus sui viri: ergo ex hac parte contrahit malitiam primariam iniustitiæ; sicuti si bona propria uxoris, quorum ipsa habet dominium & liberam administrationem, daret uxori alterius. Præterea peccat contra jus, quod habet vir in corpus uxoris propriæ; quo corpore ipse utitur contrâ voluntatem veri domini: ergo etiam ex hac parte contrahit malitiam primariam iniustitiæ; distinctam utique, sicut jus, quod mulier habet in corpus

sui viri, est distinctum à jure, quod vir habet in corpus suæ uxoris.

Itaque in casu adulterij ex parte utriusque, adulter peccat contra jus propriæ uxoris, & contra jus viri adulteræ; quæ jura indubiè distincta sunt. Consimiliter adultera peccat contra jus proprii viri & contra jus uxoris adulteri. At verò in adulterio, ex parte unius tantum, læditur jus unius dumtaxat vel viri adulteræ; vel uxoris adulteri. Quid ergo mirum, si debeat adulterium ex parte utriusque distinctè explicari in Confessione; quidquid sit de malitia secundaria specie distincta, nuper ab Aliquibus inventa? Hic ergo sit finis præsentis Conclusionis. Finem autem Sectioni imponet resolutio hujus questionis: utrum actus internus & externus circa idem objectum sint plura peccata?

CONCLUSIO IV.

Actus internus & externus liber circa idem objectum, physicè sunt plura peccata, in morali æstimatione unicum. Actus externus vel eventus necessarius sufficit, ut incurratur censure tam in foro interno, quam externo, estò præcesserit retractatio actus liberi. Solet etiam in Confessione explicari, quamvis per se non sit obligatio, veluti est obligatio declarandi actum externum liberum.

Pro clariori intellectu hujus Conclusionis, præmitto questionem magis speculativam, quam practicam: An actus exterior liber per se loquendo superaddat actui interno efficaci formalem bonitatem vel malitiam? Dico; Per se loquendo, quia certum est apud Omnes, actum externum sæpè esse occasionem majoris aut extensioris bonitatis vel malitiæ; tum ratione diuturnioris moræ; nam actus externus diutius durans, diuturniorem actus interni durationem exigit, & aliunde experimur facilius continuari voluntatem, quæ exterius occupatur: tum ratione majoris intensioris; ob delectationem enim vel difficultatem, quæ in actus externi exercitio reperitur, voluntas frequenter magis accenditur, & intensius in objectum fertur: tum ratione multiplicationis actus interioris, ut putâ cum aliquis vult aliquid boni facere, &

N n n n 3 tunc